zes para los Empleos, Oficios, y Succeſsiones que piden eſſos requiſitos, y para el ingreſſo en las Igleſias ò Colegios en que hay Eſtatutos que los demandan (S) à cauſa de que en tales caſos no baſta la Legitimidad preſumpta, ſino que ſe debe probar, lo que no puede hazer el Expueſto que ignora ſus Padres, y conſequentemente ſe reputa por Plebeyo.

18. Mayor impedimento es el otro vicio de la Eſpureidad, en cuyo particular es de ſuponer que antiguamente ſolo ſe daba eſte nombre de Eſpurios à los Hijos de Padres inciertos, diſtinguiendo à los demas con los Nombres de Naturales, Nothos, Manſeres, Inſextuoſos, y otros; (T) y que hoy ſiguiendo el eſtilo del Derecho Canonico, y de las Leyes Reales ſe llaman Eſpurios todos los nacidos de Padres que no podian contraher Matrimonio, comprehendiendo à los Adulterinos, Inſextuoſos, Nefarios, y demas; y por Naturales ſe tienen todos los que vienen de Padres, que al tiempo de la concepcion, ò natividad eſtaban haviles para caſarſe (U) ſin diſtincion de que la Madre ſea Concubina que havite en la Caſa del Padre, ò que viva fuera de ella, ò que no lo ſea.

19. Ygualmente ſe ſupone que los Hijos Naturales en los Reynos de Caſtilla, pueden uſar de los Honores, In-

Gutierrez Practic. lib. 4. quæſt. 8. num. 3. y 4.

Eſcobar de Ratiocinijs cap. 10. n. 47.

M

D. Molina, ubi ſup. n. 33. Illud animadvertendum eſt, in minore hoc facilius admittendum eſſe::: Idque ipſum in Muliere quæ in Majoratu ſucceſſit, dicendum videtur::: Quæ omnia cùm caſus contigerit exactius examinanda erunt, propter Majoratus Inſtitutoris enixam voluntatem, qui ex prædicta Clauſula voluiſſe credendum eſt ne Majoratus Succeſsio ad Perſonas generis infecti devolveretur. Cujus voluntati omnia quæ prædiximus adverſari conſtat, quamvis ex æquitate admittenda videantur.

N

P. Molina de Juſt. & jur. diſp. 614. n. 1. Verſ. Dubium, ibi: Molina ubi ſup. à n. 28. Tametſi trepidus & anceps, tanquam in æquiorem, & benigniorem ſententiam propendet præſertim quando id onus injungitur tanquam modus, & non tanquam conditio. = Et in num. 2. Potius tamen dicendum arbitror id expendendum, judicandum que eſſe ex verbis, & affectu Inſtitutoris Majoratus, & ex alijs circunſtantijs concurrentibus, quare ſi intelligatur mentem Inſtitutoris fuiſſe etiam quando ut modum id diſpoſuit velle, ut eſto ex ignorantia invincibili contraheret cum Muliere ejus qualitatis, amitteret Majoratum, & tranſiret ad ulterius vocatum, ne ea macula reperiretur in Succeſſore, qui tanquam caput Familiæ ipſius, obtinere deberet eum Majoratum: utique illum amitteret Succeſſori, quoniam validè, ac licitè apponere potuit eum modum illa de cauſa.

O

Eſcobar de Purit. quæſt. 4. §. 7. n. 24. Ampliatur 4. ut ignorantia qualitatis ejus, cum qua gravatus contraxit, excuſare eum non valeat ab amiſſione Majoratus, ſeu Vinculi, velut ſi ignoranter in uxorem accipiat eam, quæ impuri Sanguinis eſt: tum quia facile Fundatoris

Inſignias, y Armas de ſus Padres, y ſe reputan por de la Familia, Eſtirpe, ò Proſapia, y gozan de la Nobleza Paterna, excepto para Succeder en los Mayorazgos en que no ſe admiten. (X) Pero los Eſpurios por el contrario, ni ſon de la Caſa, Progenie, ò Proſapia, ni pueden uſar de las Inſignias, ni Honores de ſus Padres, ni ſon capazes de Succederles, eſpecialmente en Mayorazgos, que ſon coſa honorifica, ni gozan de alguna Nobleza, ſino que ſe tienen por viles, torpes, è infames, y con mayor razon quando ſon Hijos de Presbyteros, que ſe juſgan por Inſextuoſos, Adulterinos, y aun Nefarios, y ſe igualan à los que nacen de punible ajuntamiento, y ſe hacian Siervos de la Igleſia, (Y) porque el Conſilio Toledano, entendido comummente de eſta forma, no obſtante la interpretacion de un Autor grave.

20. Por eſta cauſa es bien, claro que Don Lorenzo Cavallero perdiò el Mayorazgo por haver contravenido à la Fundacion Caſando con Doña Petra Uzcarrez, que lexos de ſer Noble, ò Hija Dalgo, padecia el defecto de ſer Nieta de un Eſpurio Hijo de Presbytero, y ſegun lo que deponen los Teſtigos, reputado, y tenido por Moriſco: à que tambien es conſequente que D. Joſeph Cavallero,

mens fraudari hoc prætextu poſſet, cui locus dandus non eſt::: Quod licet in ſe verum ſit, tamen cum duobus temperamentis intelligendum eſſe puto. = Et in n. 28. Primum, ut locum non habeat dum uxor cum qua gravatus contraxit Matrimonium communiter erat habita, & reputata pro pura, & ſine macula. = Et in n. 30. Quod Ego intelligo dum macula ita occulta fuit, quod nemo, etiam ex Senioribus eam noverit. = Et in num. 41. Secundum ut locum etiam non habeat in puella Virgine ſub parentum, aut Conſanguineorum poteſtate exiſtente, quæ Matrimonium contraxit cum eo qui ſimilem maculæ defectum patitur ex juſſu, & ordinatione parentum, ſeu Conſanguineorum, cum non teneatur viri qualitates inveſtigare ob honeſtatem.

P

Roxas de Incompat. 3. part. cap. 3. n. 22. Secundò ampliatur, etſi contraveniens tempore contracti Matrimonij, & antea ignoraverit, vel dicat ignoraſſe quod conjux eſſet ex Judeis deſcendens. Et in n. 23. Tertio ampliatur quamvis contraveniens ſit Virgo aliqua puella ſub parentum, aut Conſanguineorum poteſtate exiſtens, quia ſi contrahat cum eo qui ſimilem maculæ (vulgo Raza) defectum patiatur non excuſatur ex eo quod non teneatur viri qualitates inveſtigare, ob honeſtatem & ſui ſtatus rationem, nec ex eo quod debeat ſequi votum parentum::: Cum nihilominus militet eadem ratio appoſitæ conditionis, & excluſionis & in tali Succeſſore ab eo procedente deficiat illa qualitas à conditore Majoratus deſiderata ad hoc ut ejus memoria ſemper conſervetur pura, & præfulgeat in Succeſſoribus, qui ſint Sanguine puri, & ejus bona nullatenus ad impuros, & maculati Sanguinis tranſeant, aliter infrigeretur ejus voluntas.

Et in n. 24. Ideoque in ea ſunt opinione, quod obſervetur ad unguem, voluntas Inſtitutoris, & cauſa finalis conditionis ab ipſo appoſitæ, quæ primum locum obtinet, & prædominari debet::: attamen hanc ampliationem intelligas juxta limitationem infraſcriptam.

Et in n. 42. Limitatur quartò, in puella Virgine gravata ſub dicta conditione, ſi poſt contraventionem mortuo

primo Marito, deveniat ad caſum quo adimplere valeat voluntatem Inſtitutoris, contrahendo cum Viro ex genere, quod Inſtitutor deſideraverat; quia cum habuerit cauſam excuſationis quando contraxit primum Matrimonium:::ex æquitate dicendum eſt, quòd in ſpecie hujus caſus in quo non defraudatur voluntas Inſtitutoris, & complementum conditionis ab ipſo appoſitæ, non debet privari Succeſsione Majoratus.

llero, ſe tenga por inhavil pārā Succeder, reſpecto de que la excluſion de ſu Padre, como Real, y Lineal, ſe eſtiende á ſus Hijos, y á todos ſus Deſcendientes.

PUN-

Et in n. 43. Limitatur 5. eademmet ratione quando Succeſſor qui tempore contraventionis erat Minor & defuncto, ſeu defuncta maculati Sanguinis conjuge, poſtea tempore habili ad implendam conditionem nubendi cum Perſona, quæ inconditione requiritur, petat reſtitutionem.

Q

Garcia de Nobilit. gloſ. 12. n. 5. Itaque fiebat, ut ex defectu probationis multi ſuccumberent, cum etiam jure communi, & noſtro antiquiore partitarum, nemo nobilis præſumeretur: ideoque qui ſe dicebat nobilem, & hodie, & olim probare tenebatur.

Gutierrez Practic. lib. 3. quæſt. 14. n. 1. ibi: Nobilitas enim Sanguinis non datur á natura; omnes namque homines ſunt æquales. Quamvis ergo naturali præſumptione quilibet præſumatur bonus:::nemo tamen præſumitur nobilis, ſed potius plebeius, niſi probetur.

Eſcobar de Purit. quæſt. 8. § 1. n. 22. Quartò, cùm natura omnes in origine, & initio Homines efficeret æquales::: Et nobilitas ex peculiaribus cauſis fuerit poſtea de novo introducta, non præſumitur, nec is nobilis, niſi hoc ſufficienter probet.

Menochio de Præſumptionib. tom. 2. lib. 6. præſump. 60. n. 1. y 2.

Riccio part. 5. Collectan. 2028.

Zeballos, Commun. contr. commun. quæſt. 900. num. 119.

R

Eſcobar de Purit. quæſt. 8. §. 3. n. 38. Ex quibus deducitur ratio illius dubij, aliás maximè controverſi, an Filius Expoſitus præſumatur natus ex Legitimo Matrimonio::: Et quia Filij Legitimi ex Legitimo nati conjugiò raró, aut nunquam á parentibus exponuntur, quantum viles, & pauperrimi exiſtant, cùm pietati Paternæ repugnet, ſed frequentius hoc evenit in Filijs extra Matrimonium ex illicito coitu habitis; unde á communiter accidentibus ſumenda eſt præſumptio, potius quam á raró, aut nunquam evenientibus::: Quæ ſententia mihi verior tenenda eſt.

Et in num. 41. Secundò deducitur, quod Expoſiti irregulares ſunt ad ordines, & beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, ſicut omnes Illegitimi, quia infames.

Cardinalis Palæot. de Nothis, Spurijs que Filijs, cap. 63. n. 7. Ex quibus ſtatuimus quod ad Expoſitos pertinet, & cæteros quorum omninò incerta eſt origo, eos indubio Legitimo potius quam Illegitimo genere cenſendos.

Moſtazo de Cauſis pijs lib. 4. cap. 11. num. 73. Eſt dubium an Expoſiti, Legitimi cenſeantur? Plurimi aſſeruere, Illegitimos eſſe; nam licet aliqui parentes Legitimos Filios exponant ob inopiam, aut graviſſimam paupertatem, ut plurimum tamen Illegitimi ſunt.

Et in num. 74. Alteri verò contrarium tenent, quia non ſolum Illegitimi, ſed quam plures Legitimi exponuntur.

Garcia de Benefic. part. 7. cap. 2. num. 7. y 8.

S

Lara de Capellan. lib. 2. cap. 4. num. 56. ibi: Ex quo infero, quod Expoſiti qui Patrem monſtrare non poſſunt, ut in leg. vulgo concepti ff de Statu Hominis, ſunt incapaces Officiorum S. Inquiſitionis, Eccleſiarum, Collegiorum, & Confraternitatum ſtatuti, quia licet in dubio boni præ-

ſu-

ſumantur: hæc præſumptio nihil operatur, quando qualitas ab ſtatuto requiritur, niſi probetur, quia non ſufficit, quod qualitas adſit præſumptivè.

Moſtazo de Cauſ pijs lib. 4. cap. 11. num. 75. ibi: Verum quæſtionem illam ita admittendam cenſeo, ut in dubio ſemper quis præſumatur Legitimus, niſi in caſibus in quibus qualitas Legitimitatis neceſſario eſt probanda, veluti quando ſimul cum Legitimis velit aliquis ad hæreditatem venire:::vel voluerit intra Collegium, vel Ordinibus initiari, aut Officia Sanctæ Inquiſitionis exercere, requirentia qualitatem Legitimitatis.

Eſcobar de Purit. quæſt. 8. §. 3. num. 45. Quæ quidem opinio reſpectu ſtatutorum puritatis, velut verior, & indubitabilior communiter defenditur, & practicatur, ut faſſi fuerunt plerique ex DD. qui etſi aſſerant Expoſitos Legitimos, & non irregulares eſſe habendos, tamen fatentur aliud eſſe in Eccleſijs quæ ſtrictum habent puritatis ſtatutum, ad quarum Præbendas incapaces ſunt.

Barboſa de Offic. & Poteſt. Epiſcop. allegat 51. num. 150. Verùm Doctores magis communiter reſolvunt hos Expoſitos, de quorum parentibus non conſtat, Legitimos eſſe cenſendos. Et in num. 151. Ubi tamen habentur ſtatuta requirentia qualitatem nobilitatis, & alia hujuſmodi, prout in Officijs Sanctæ Inquiſitionis, & in aliquibus Eccleſijs, Collegijs, & Confraternitatibus, hujuſmodi Expoſiti non ſunt capaces cenſendi, nec illos prædictas qualitates habere præſumi poteſt.

Idem Barboſa in Rubric. de Infantib. Expoſit. á num. 3. uſque in fin.

Peregrino de Privileg. explic. n. 1443. ibi: Erit ſcitu dignum quod Expoſiti ſunt incapaces Officiorum S. Inquiſitionis, Eccleſiarum, Collegiorum, & Confraternitatum in quibus habentur ſtatuta requirentia qualitatem nobilitatis, & alia hujuſmodi, quæ habentur in multis ſtatutis; quia licet in dubio boni præſumantur, hæc præſumptio nihil operatur, quando qualitas ab ſtatuto requiritur, niſi probetur quia non ſufficit quod qualitas adſit præſumptivè, niſi exactè probetur.

Carranza de Partu, cap. 4. num. 51.

Zeballos Commun. contra commun. quæſt. 900. num. 110, y ſiguientes.

Gracian Diſcert. forenſ. tom. 2. cap. 267. num. 26. in fin.

T

D. Covarrubias de Matrim. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 1. Spurius interdum dicitur is qui incertum Patrem habet::: Spurius erat proprium nomen apud Romanos quod ſcribebatur tantum primis litteris S. P. Hi autem qui ſine Patre erant, S. P. deſignabantur, quaſi ſine Patre, atque inde factum eſt, ut Spurij dicerentur nati ex his mulieribus, cum quibus plures commercium carnale habuiſſent.

P. Sanchez Conſil. lib. 4. cap. 3. dub. 1. n. 1. Nota quod licet antiquitùs plures eſſent Illegitimorum differentiæ::: Secabantur enim Filij Illegitimi in Naturales tantùm, & in Spurios, Nothos, Manſeres, Nefarios, Adulterinos, &c.

P. Molina de Juſt. & jur. tract. 2. diſput. 165. num. 4. cap. niſi cum pridem §. Perſonæ de renunc. innocent. 3. quatuor diſtinguit Illegitimorum Filiorum genera, videlicet, Naturales, & Spurios, Nothos, & Manſeres.

Ley 11. tit. 13. partid. 6.

Cardin. Paleot. de Nothis, Spurijs que Filijs cap. 16. num. 3, & ſeq.

V

P. Sanchez ubi ſup. ibi: At hodie duo ſunt genera Filiorum Illegitimorum; alij enim ſunt Naturales, alij Spurij; & quicumque Naturales non ſunt, dicuntur Spurij. Spurij autem alij ſunt ex damnato concubitu, alij verò Spurij tantum, id eſt, non ex damnato concubitu.

Ortega ad D. Covarrub. de Matrim. in lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 1. ibi: Sed nunc perpendo, Illegitimos, vel eſſe Naturales, vel Spurios; Naturales ſunt procreati á parentibus, qui vel tempore conceptionis, vel nativitatis Matrimonium contrahere poſſent; Spurij ſunt, quorum parentes Legitimum conjugium obtinere nequeunt.

Barboſa In Rubric. Qui Filij ſint Legitimi, num. 16. ibi: Igitur meritò variæ ſpecies Illegitimorum diſtinguuntur, ſed ad duas præcipuè rediguntur, ad Naturales, ſcilicet, & Spurios::: Attento verò jure Canonico, ait eadem Communis, Naturales eſſe omnes illos, qui naſcuntur ex his,

inter

inter quos potuit eſſe Matrimonium. = Et in num. 17. Spurij verò per contrarium cenſendi ſunt omnes qui ex illis naſcuntur, qui Matrimonium non potuerunt contrahere.

X

Ley 1. tit. 11. partid. 7. ibi: E Fijodalgo es aquel, que es nacido de Padre que es Fijodalgo, quier lo ſea la Madre, quier non, ſolo que ſea ſu Muger velada, ò Amiga, que tenga conocidamente por ſuya.

Garcia de Benefic. part. 7. c. 15. n. 49. Videtur tamen, quod Naturales attenta conſuetudine, ſeu lege particulari qua gaudent nobilitate Parentum::: Sint de Familia, domo, ſeu caſſata, genere, & agnatione, Stirpe, Sanguine, & Parentela Patris::: ut tradit etiam Azebedo, dicto Conſil. 24. ex num. 27. & num. 39. dicens. Naturales clariſsimè eſſe de domo Caſſata, & agnatione Patris ex Naturali & notoria Hiſpaniæ conſuetudine eos admittente ad Inſignia, nomen, & Arma, Honores, & Nobilitatem Patris, & ſic in elemoſina ſeu relicto fæminis Conſanguineis, ſeu de genere pauperibus, comprehendi Naturales & præferri Legitimis non exiſtentibus in eodem gradu. Quod precedit niſi ſubjecta materia aliud importet, ut Succeſsio Majoratus in quo non ſuccedunt Naturales, ſeu Deſcendentes ex eis, etiam ſi ſimpliciter vocentur Filij, Deſcendentes, aut Conſanguinei, quia eſt res honorifica, & ad decus, & ſplendorem Familiæ, quæ non ita per Illegitimos decoratur, & illuſtratur niſi ex ſerie, ſeu circunſtantijs Majoratus aliud colligatur.

Ortega ad D. Covarrub. de Matrimon. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 5. Filij Naturales apud noſtrates nobilitate gaudent.

D. Caſtillo Controv. lib. 5. cap. 82. n. 50. verſ. Denique, ibi: Et quamvis Filij Naturales in Hiſpania gaudeant nobilitate Parentum::: Ex quo tamen ad alios effectus non habilitantur eiſdem legibus partitæ, nec ad Succeſsionem etiam bonorum liberorum, ut in dicta leg. final tit. 13. partit. 6. nec ad Primigeniorum Succeſsionem ex leg. 2. tit. 15. partit. 2. nec feudi ex dicta leg. 68 tit. 18. partit. 3. Nec Filiorum nomen eis indultum eſt in ſenſu legali.

Guzman Verit. jur. Verit. 5. num. 8. Naturales ergo iſti Filij hodie in noſtra Hiſpania gaudent abſque dubio generoſitate, & nobilitate Parentum.

Y

Cardin. de Luca in deciſiſ. ſup. Mater: de fideicom. decil. 84, num. 8. Talis autem conſuetudo favens Naturalibus, ut reputentur de domo & Familia, nil prodeſt Spurijs, ſeu Nothis, quia inter utramque ſpeciem Illegitimorum magna intercedit differentia, tam de jure Civili, quam Canonico.

D. Solorzano de Jur. Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 17. n. 5. Et quod non valet lex, neque Statutum quod Spurius admittatur ad Succeſſionem::: docuit Caballin. Et in num. 6. Qua propter hujuſmodi Filios appellatione Filiorum non contineri, neque ad Majoratus admitti, neque nomen, aut inſignia Familiæ portare, quia non videntur eſſe de gente, ſive genere inſtituentis.

Mierez de Majorat. part. 2. quæſt. 2. num. 94. Hæc etiam alia non levi ratione confirmatur, quia Baſtardi, & Spurij non poſſunt portare Arma Patris, nec Inſignia, ſecundum Baldum::: Quia ſecundum eum Baſtardi non ſunt de domo, nec agnatione. = Et in num. 96. Et Filij Spurij, & Illegitimi non ſunt de Parentela, nec de Familia, nec de cognatione. = Et in num. 99. Et Spurij dicuntur turpes Perſonæ, & ſunt infames infamia facti, & juris.

Auguſt. Barboſa, Appellat. 99. num. 32 Declara ſecundò, ſupra dictam ultimam ſententiam, procedere tantum in Naturalibus, non ita in Spurijs, hi enim odioſi ſunt, & legibus incogniti, nec Filiorum nomine habentur digni. = Et in num. 34. ibi: Cujus doctrinæ exemplum adducere ſolent aliqui Doctores, quando, ſcilicet, hæc conditio adjicitur Clerico in Sacris, in quo inferunt quod cùm Legitimos habere non poſſit, de Spurijs teſtator videtur ſentire::: à qua tamen opinione reliqui omnes receſſerunt::: quia videtur abſurdum dicere, teſtatorem ſenſiſſe in ea conditione de hujuſmodi Filijs Nefarijs à lege damnatis, & quos habere non poteſt Pater, niſi cum ſummo dedecore, ideoque ſervi Eccleſiæ fiunt.

Spino de Teſtam. gloſ. 16. num. 24. ibi: At verò ſi Filius eſt Spurius, etiam ſi per reſcriptum Principis ſit Legitimatus non potitur privilegijs Hiſpaniæ nobilitati conceſsis, nec liberatur à tributorum contributionibus. = Et in num. 25. ibi: Quo fit ut tales Spurij non ſint de domo, ſive

ag-

agnatione, nec de Familia parentum. = Et in num. 26. Dicendum eſt, quod non poterunt portare Inſignia parentum, nec Arma Familiæ Patris.

Ortega ad D. Covarrub. de Matrim. part. 2. cap. 8. §. 4. n. 17. ibi. Ex jure tamen Regio Naturales ab alijs Illegitimis diſtinguuntur: hi autem vel ex damnabili, ac punibili coitu ſunt, vel non: & ex damnabili, punibilique coitu intelliguntur cum Matri ob delictum imponitur pœna mortis; eodem que jure metiuntur Filij Clericorum, Monachorum, & Monialium, tametſi capitali pœna conjugium ſimile non plectatur.

Idem Ortega ubi ſup. §. 5. n. 5. Quibus adde Spurium non cenſeri de domo, Familia, aut cognatione, nec jus ullum cognationis, aut agnationis habere, neque Lineam, aut ſtipitem conſtituere. = Et in num. 23. Tertia concluſio, Filius Spurius natus ex damnato coitu, neque ex Teſtamento, neque ab Inteſtato Matri ſuccedere valet; hodie autem, coitus dicitur damnatus ille ob quem Matri capitalis imponitur pœna::: nec nòn coitus cum Clericis, Monachis, & ſimilibus.

Ley 20. tit. 11. lib. 2. de la Recopil. de Caſt. Mandamos que agora, y de aqui adelante por virtud de las Cartas, ô Privilegios de Legitimaciones que por Nos, ô por los Reyes que deſpues de Nos Succedieren, ſe concedieren à algunos Hijos Illegitimos, no ſe entiendan, ni eſtiendan, ni por virtud de ellas ſe determine, aunque por las palabras de ellas ſe fagan Hijos Legitimos, à que ayan de gozar de Hidalguia, ni de Excempcion de Pechos, de que antes de las tales Legitimaciones, no teniendolas no podian, ni debian gozar.

Ley 7. tit 8. lib. 5. de la Recop. de Caſt ibi: Salvo ſi los tales Hijos fueren de dañado, y punible ayuntamiento de parte de la Madre, que en tal caſo mandamos, que no puedan heredar à ſus Madres ex Teſtamento, ni ab Inteſtato: pero bien permitimos que les puedan en vida, ô en muerte mandar haſta la quinta parte de ſus Bienes, y no mas, de la que podian diſponer por ſu Anima: y de la tal parte, deſpues que la huvieren, puedan diſponer en ſu vida, ô al tiempo de ſu muerte los dichos Hijos Illegitimos como quiſieren. Y queremos, y mandamos que entonces ſe entienda, y diga dañado, y punible ayuntamiento, quando la Madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural, ſalvo ſi fueren los Hijos de Clerigos, ò Frailes, ô de Monjas profeſas, que en tal caſo aunque por el tal ayuntamiento no incurra la Madre en pena de muerte: Mandamos, que ſe guarde lo contenido en la Ley que hizo el Señor Rey Don Juan el Primero en la Ciudad de Soria, que habla ſobre la Succeſſion de los Hijos de los Clerigos, ſupra proxima.

Cap. Cum multæ 3. cauſ. 15. quæſt. 8. ibi: Ideoque quilibet ab Epiſcopo, uſque ad Subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ deteſtando connubio in honore conſtituti Filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, Canonica cenſura damnentur. Proles autem aliena pollutione nata, non ſolum hæreditatem numquam accipiet, ſed etiam in ſervitutem ejus Eccleſiæ, de cujus Sacerdotis, vel Miniſtri ignominia nati ſunt, jure peremni manebunt.

NOTA, que en eſte texto donde dice: *aliena pollutione*, ſe debe leer *tali pollutione*, ſegun el Sr. Covarrubias de Matrim. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 23.

Pegas de Majorat. tom. 2. cap. 20. num. 124. Naturales namque, quos *Baſtardos* vocamus non adeo odibiles, viles, & reprobati, & quamvis aliquam patiantur infamiam, non tamen maximam, ut Spurij, qui non poſſunt portare Arma Patris, nec Inſignia, nec Honores, nec ſunt de domo, nec agnati, nec cognati, nec veniunt appellatione Deſcendentium, nec etiam includuntur in diſpoſitione, & alios quamplurimos deffectus patiuntur.

Dd